Responsum cujusdam Neutralistæ
Ad nuperrimo Tempore Transmissum Elogium.

Turpis adulator Contemnit Cæsaris Hostes.
More triumphantis Cæsaris arma canens.
Obscurata parum Luna sunt Cornua: verum.
ut decrescere sic crescere Luna potest.
Par Aquilæ Gallus: timeo ne Cæsaris ales
Victori Gallo præda cupita cadat.
Pello duos, fateor, Leopoldus nomine cantat;
At multum est hostes Herculis esse duos
Pello, sudo, mihi Leopoldus nomine signat;
Et mox plus doleo vox Leopoldus erit.
Projice Contemtor calamum, gladiumque capesse,
ac Patriæ junctis viribus affer opem.
Tunc primum disces quid prosint Cæsaris arma
quid Gallus vel quid Turcica Luna queat
Ludere da ludis, condant anagramma Scholares:
Martis non artis convenit esse Virum
Si pugnare piget pro scriptis scripta repono
et melior Vates hæc duo metra fero
Nondum Turca petit submisso poplite pacem.
GerManoqVe graVIs ReX LVDoVICVs erIt.

Mein Hochgeb. Herr Hochgräffl. Ew. hiemit übersende eine Antwort auf das Mitgenommene in Holländischer und Lateinischer Sprach Elogio genant der   Jahr, welches ich mir doch bitte wieder zusenden, weilen es mir nicht zukomt und ich von andern freint sehr darumb gemahnet werde werden

Dienstwilligster
Ernest Horn